

**Zeitschrift:** Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse  
**Herausgeber:** Vereinigung für Schweizerische Kirchengeschichte  
**Band:** 4 (1910)

**Artikel:** Vatikanische Aktenstücke zur Schweizerischen Kirchengeschichte aus der Zeit Johannis XXII.  
**Autor:** Rüegg, F.  
**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-119720>

### **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

### **Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

### **Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 17.04.2026

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

**Vatikanische Aktenstücke**  
**zur Schweizerischen Kirchengeschichte aus der Zeit**  
**Johanns XXII.**

---

*22. Friedrich, Graf von Toggenburg,  
tritt mit einer Reiterschar in päpstlichen Dienst.  
1327 Januar 23. Avignon.*

Eidem legato (Bertrando tituli S. Marcelli presbitero  
cardinali apostolice sedis legato Lombardie).

Tam gratuito suadente, quam grato devotionis affectu, quem nobilis vir Fredericus comes de Toggenburg <sup>1</sup> ad sanctam Romanam ecclesiam se habere pretendit <sup>2</sup>, signanter nostram presentiam adiens <sup>3</sup> multipliciter commendandus in domino ipsi ecclesie serviturus, ordinatum est inter nos ex parte una et eum ex altera, quod si ipse cum quinquaginta equitibus infra octavam vel quindenam pasche primo futuri ad tardius, ad partes Lombardie in servitium ipsius ecclesie venerit, recipiantur predicti equites ad stipendia nostra, et illa ipsis prout aliis stipendiariis nostris militantibus in eisdem partibus exsolvantur, prefato quoque nobili sicut aliis capitaneis stipendiariis huiusmodi de stipendiis et aliis congrue debeat provideri, computato tempore servitii seu solutionis eorum ab octo diebus immediate precedentibus diem, quo ipsi equis et armis decenter muniti tibi se duxerint presentandos. Igitur discretionem tuam rogamus et hortamur attente, tibi nihilominus iniungentes, quatenus cum geramus merito placidum, quod predictus nobilis tractetur iuxta sui decentiam honoranter et contrarium nobis quam plurimum displiceret, sic ipsum una cum comitiva eiusdem

April 12.

<sup>1</sup> Friedrich V., Graf von Toggenburg. Geb. um 1300, † 1368/69. Vgl. Anzeiger für Schweizergeschichte 4, 421.

<sup>2</sup> Laut einer Bulle vom 14. Mai 1324 hatte Friedrich durch seinen Boten Nikolaus Mangolt, Chorherrn zu Zürich, brieflich dem Papste seine Dienste angeboten. (Rieder, Römische Quellen zur Konstanzer Bistumsgeschichte, S. 649.)

<sup>3</sup> Friedrich befand sich also in Avignon; auf sein persönliches Verwenden sind somit die Bullen vom 20. Januar 1327 gegeben worden; nämlich zwei Dispensen für seinen illegitimen Sohn Heinrich (Rieder, N<sup>o</sup> 762, 763) und die Inkorporation der Kirche in Eschenbach (Kt. St. Gallen) an das Kloster Rüti. (Rieder, N<sup>o</sup> 764.)

servata ordine huiusmodi recommendatum propensius habeas, quod ex sui tractatione decenti successive fortius animetur et gaudeat, se susceptis instare servitiis, tuque fili propterea dignis in domino laudibus commenderis.

Dat. Avinion. 10. kal. febr. a. 11.

*Reg. Vat. secret.* 114, fol. 49, n<sup>o</sup> 299.

*23. Der Papst verdankt dem Ritter Hermann von Landenberg  
seinen brieflichen Bericht  
und ermahnt ihn, der Kirche ergeben zu bleiben.  
1327 September 12. Avignon.*

Dil. filio nobili viro Hermannno de Landenberg militi<sup>1</sup>.

Missas nobis nobilitatis tue litteras, per quas certos rumores earum partium insinuare curasti, benigne recepimus, quarum serie diligenter intellecta devotionem et fidelitatem, quibus erga Romanam ecclesiam matrem tuam clarere dinosceris, sicut ex lectione litterarum tuarum ipsarum colligi etiam poterat evidenter plurimum in domino commendantes, de oblatis per te ad eiusdem ecclesie obsequia, super quibus tibi nostram intensionem explicabimus, si, et, cum expedire loco et tempore oportunis videbimus nihilominus gratiarum actiones uberes referentes tuamque providentiam exhortantes, quatenus in devotione huiusmodi, ut proinde nostram et apostolice sedis benedictionem et gratiam tibi vendices uberius inconcussa soliditate persistens, nobis ea, que tibi nuntianda de partibus ipsis occurrerint non differas, sicut opportunum extiterit intimare.

Dat. Avinion, 2. id. sept. a. 12.

*Reg. Vat. secret.* 114 III. fol. 176<sup>v</sup>, n<sup>o</sup> 1717.

*24. Hartung Münch, Archidiacon von Basel,  
der willens ist, sich dem Papste zu unterwerfen, erhält Gewähr  
für sichere Hin- und Rückreise.  
1328 Februar 14. Avignon.*

Altungo Monachi archidiacono Basilien. spiritum consilii sanioris.

Cum resilire, sicut accepimus, ab erroris devio quo rebellando Romane ecclesie circa occupationem et detentionem indebitam Basilien. ecclesie aliquibus deambulasse temporibus in tue periculum anime nosceris et ad

<sup>1</sup> Marschall Herrmann der jüngere, Herr von Greifensee († 1361), österr. Landvogt, vgl. Thurgauische Beiträge zur vaterländischen Geschichte, 8, 61 ff. — E. Diener, Das Haus Landenberg im Mittelalter, Zürich, 1898. S. 38 ff. J. Studer, Die Edeln von Landenberg, Zürich, 1904, S. 114—120.

nostram et eiusdem Romane ecclesie devotionem et obedientiam redire saniori ductus consilio tueque saluti anime providere in hac parte proponas, nostram et ipsius Romane ecclesie gratiam et misericordiam humiliter implorantis : nos attendentes, quod memorata Romana ecclesia velut pia mater non claudit gremium redeundi, ut ad nostram presentiam venire personaliter vel procuratorem sufficientem super premissis mittere huiusmodi, quod prosequi apud sedem apostolicam et inde redire secure absque impedimento valeas licentiam tibi tenore presentium elargimur <sup>1</sup>.

Dat. Avinion. 16 kal. mart. a. 12.

Reg. Vat. secret. 114. III. fol. 167, n<sup>o</sup> 1651.

*25. Dem erwählten Bischof von Basel, Johann von Châlons, wird der Genuß seiner Pfründeneinkünfte auch bei Nichterfüllung der Residenzpflicht auf ein weiteres Jahr gestattet und ihm, der erst Subdiacon, der Termin zum Empfang sowohl der höheren Weihen wie der Bischofskonsekration verlängert.*

*1328 März 23. Avignon.*

Dil. filio Johanni de Cabilone Basilien. dioc.

24 + 26 A. C.) Meritis tue devotionis — Dudum siquidem videlicet idibus septembr. pontificatus nostri anno undecimo volentes tibi, quem tunc Basilien. ecclesie de fratrum nostrorum consilio prefeceramus in episcopum et pastorem, quique possessionem episcopatus Basilien. nondum habueras nec per te steterat, quominus haberes vel habere posses eandem gratiam facere specialem, ut fructus redditus et proventus decanatus, que in Lingonen. et omnium aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, que in quibuscumque ecclesiis obtinebas sicut et adhuc obtines ubicumque residendo cum ea integritate usque ad festum Omnium Sanctorum tunc proxime futurum et a dicto festo usque ad unum annum extunc inantea computandum iam elapsum percipere libere posses, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperes, si in ecclesiis, in quibus illa obtines, personaliter resideres et ad residendum interim in eis minime tenereris per nostras certi tenoris litteras duximus indulgendum, prout hec in eisdem litteris plenius continentur. Cum autem sicut ex serie tue nobis exhibite petitionis accepimus, tu nondum etiam possessionem dicti episcopatus potueris adipisci, nec per te steterit, ut asseris, quominus habueris eandem, nos tuis supplicationibus inclinati tibi auctoritate presentium indulgemus, ut usque ad unum annum a fine dicti anni iam elapsi computandum fructus redditus et proventus dictorum decanatus et aliorum beneficiorum tuorum possis ubicumque residendo cum ea integritate libere percipere, quotidianis

<sup>1</sup> Vgl. *Vautrey*, Histoire des évêques de Bâle, I, 330 ss.

istributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperes, si in eisdem ecclesiis — personaliter resideres, nec interim tu, qui es in subdiaconatus ordine constitutus nec es in episcopum consecratus, ad suscipiendum ultteriores ordines nec in episcopum consecrari aut ad residendum in eisdem ecclesiis, vel earum aliqua teneris neque ad id compelli possis invitus, non obstantibus cursio, etc., proviso, si interim ipsius episcopatus possessionem habueris taliter de eiusdem Basilien. ecclesie administratione provideas, quod in spiritualibus non fraudetur — nec detrimentum in temporalibus patiat. Nulli ergo etc. <sup>1</sup>

Dat. Avinion. 10 kal. apr., a. 12.

I. e. m. monasterii de Golia et secularis de Cerviduno Bisuntin et Eduen. dioc. abbatibus ac Jacobo de filiis Ursi [Orsini] archidiacono Stadien. Cathalaunen. ecclesiarum.

*Reg. Aven. 30, fol. 92<sup>v</sup>, n<sup>o</sup> 1298. — Reg. Vat., 86, fol. 110<sup>v</sup>, n<sup>o</sup> 1298.*

*26. Otto von Avenches,  
Canonicus an der Kirche in Lausanne, wird päpstlicher Kaplan.  
1328 Mai 15. Avignon.*

Dil. filio Ottoni de Aventica, canonico Lausanen., capellano nostro <sup>2</sup>.

12 A. C.) Virtutibus clarens et meritis, sicut fame laudabilis testimonio commendaris illam in conspectu nostro gratiam meruisti, quod personam tuam benevolentia paterna prosequimur et eam libenter attollimus honoris titulo specialis; ut igitur et ferventibus de virtute proficias in virtutem, quo amplius per nos te senseris honorari: te de speciali benevolentia in capellanum nostrum recipimus et capellanorum nostro consortio aggregamus, volentes ut nostri nominis favore suffultris ubique protectionis apostolice clipeo muniaris, sic itaque mentem et actus tuos ad salubria dirigas, quod per honorem tibi exhibitum divine gratie te constituas et reddaris dignior ad ampliorem sedis gratiam promerendam.

Dat. Avinion. idibus maii, a. 12.

*Reg. Aven. 30, fol. 305<sup>v</sup>, n<sup>o</sup> 1725. — Reg. Vat. 86, fol. 280<sup>v</sup>, n<sup>o</sup> 1725.*

Rom.

*F. Rügge.*

<sup>1</sup> Vgl. *Vautrey*, l. c.

<sup>2</sup> Seinen Todestag verzeichnet das Nekrologium eccl. cathed. Lausanen., M. D. Suisse Romande 18, 183, zum 22. September.

